

CONLATIO QUARTA QUAE EST ABBATIS DANIHELIS
De concupiscentia carnis et spiritus

VIERDE GESPREK. VAN ABT DANIËL
De begeerte van het vlees en van de geest

- | | | | |
|--------|---|-----|--|
| I. | De uita abbatis Danihelis | 1. | Het leven van abt Daniël |
| II. | Inquisitio unde oriatur repentina conmutatio mentium ab ineffabili laetitia in maestissimam animi deiectionem | 2. | Vraag, waarvandaan de plotselinge verandering van de geest komt van een onuitsprekelijke vreugde in de diepste droefheid |
| III. | Responsio super proposita quaestione | 3. | Antwoord op de gestelde vraag |
| IV. | Quod dispensationis ac probationis dei duplex causa sit | 4. | De beproeving door Gods voorzienigheid geschiedt om twee redenen |
| V. | Quod studium et industria nostra nihil sine adiutorio dei praeualeat | 5. | Onze ijver en inspanning vermogen niets zonder de hulp van God |
| VI. | Quod utile nobis sit interdum a domino derelinqui | 6. | Het is nuttig voor ons van tijd tot tijd door de Heer te worden verlaten |
| VII. | De utilitate eius pugnae quam apostolus ponit in conluctatione carnis et spiritus | 7. | Het nut van deze strijd, die de Apostel omschrijft als de strijd tussen vlees en geest |
| VIII. | Interrogatio, quid sit quod in capitulo apostoli post aduersantes sibi concupiscentias carnis et spiritus tertia adiciatur uoluntas | 8. | Een vraag: Waarom plaatst de Apostel in deze tekst na de elkaar weerstrevende begeerten van vlees en geest als derde de wil? |
| IX. | Responsio de intellectu recte interrogantis | 9. | Het is een teken van verstand, juiste vragen weten te stellen |
| X. | Quod uocabulum carnis non in una significatione ponatur | 10. | Het woord 'vlees' wordt in meer dan één betekenis gebruikt |
| XI. | Quid in hoc loco caro ab apostolo nominetur et quid sit concupiscentia carnis | 11. | Wát op deze plaats door de Apostel vlees genoemd wordt; en wat de begeerte van het vlees is |
| XII. | Quae sit uoluntas nostra, quae inter concupiscentiam carnis et spiritus ponitur | 12. | Wát onze wil is die tussen de begeerten van het vlees en van de geest wordt geplaatst |
| XIII. | De utilitate cunctationis quae ex conluctatione oritur carnis et spiritus | 13. | Het nut van de vertraging die door de strijd tussen vlees en geest ontstaat |
| XIV. | De inemendabili malitia spiritalium nequitiarum | 14. | De onverbetelrijke boosheid der helse geesten |
| XV. | Quid nobis prosit carnis aduersus spiritum concupiscentia | 15. | Het nut dat de begeerlijkheid van het vlees tegen de geest ons oplevert |
| XVI. | De incentiuus carnis, quibus nisi humiliaremur, grauius ruemus | 16. | Wij zouden dieper vallen indien de prikkel van het vlees ons niet vernederde |
| XVII. | De eunuchorum tepore | 17. | De lauwheid der eunuchen |
| XVIII. | Interrogatio, quid intersit inter carnalem et animalem | 18. | Een vraag omtrent het verschil tussen vleselijk en zinnelijk |
| XIX. | Responsio de triplici animarum statu | 19. | Antwoord: de drievoudige toestand der zielen |
| XX. | De male abrenuntiantibus | 20. | Over hen die op verkeerde wijze aan de wereld verzaken |
| XXI. | De his qui contemptis magnis occupantur in paruis | 21. | Over hen die grote bezittingen hebben veracht en nu aan kleinigheden gaan hechten |

I. DE UITA ABBATIS DANIHELIS

1. Inter ceteros
Christianae philosophiae uiros
abbatem quoque uidimus Danihelem,
aequalem quidem
in omni uirtutum genere
his
qui in heremo Sciti conmanebant,
sed peculiarius
gratia humilitatis
ornatum.

qui
merito puritatis
ac mansuetudinis suae
a beato Pafnutio
solitudinis eiusdem presbytero,

1. HET LEVEN VAN ABT DANIËL

1. Onder die
mannen van de christelijke wijsheid
hebben wij voorts ook abt Daniël bezocht,
in alle soorten deugd
de gelijke
van hen
die in de woestijn van Scetis verbleven,
maar bijzonder
gesierd
door de genade der nederigheid.

Vanwege zijn zuiverheid
en zachtmoedigheid
werd hij door de zalige Pafnutius,
de priester van die woestijn,

et quidem cum multis iunior esset aetate,
ad diaconii est praelectus officium.

in tantum enim
idem beatus Pafnutius
uirtutibus ipsius adgaudebat,
ut
quem uitae meritis et gratia
parem nouerat,
coaequare sibi
etiam sacerdotii ordine
festinaret:

siquidem
nequaquam ferens
in inferiore eum ministerio
diutius inmorari
optans que
sibimet successorem dignissimum
prouidere superstes
eum
presbyterii honore
prouexit.

2. qui tamen
prioris umilitatis consuetudinem
non omittens
nihil umquam sibi
illo praesente
de sublimioris ordinis adiectione donauit,
sed semper
abbate Pafnutio spirituales hostias offerente
hic uelut diaconus
in prioris ministerii permansit officio.

in quo tamen
beatum Pafnutium,
cum talis uir esset ac tantus,
ut in multis
etiam praescientiae gratiam possideret,
haec spes substitutionis
electio que
frustrata est.
nam
non multo post hunc,
quem sibi parauerat successorem,
praemisit ad deum.

II. INQUISITIO UNDE ORIATUR REPENTINA CONMUTATIO
MENTIUM AB INEFFABILI LAETITIA IN MAESTISSIMAM
ANIMI DEIECTIONEM
Hic igitur beatus Danihel
inquirentibus nobis,
cur interdum
residentes in cellula
tanta alacritate cordis
cum ineffabili quodam gaudio

gekozen voor het ambt van diaken,
en dat ofschoon hij jonger was dan vele anderen.

Zó grote vreugde zelfs
vond de zalige Pafnutius
in zijn deugden,
dat hij de man
die hij in verdiensten en genade
zijn gelijke wist,
spoedig
ook door het ambt van het priesterschap
aan zich gelijk maakte.

Niet verdragend
dat hij langer
in een lagere functie zou blijven,
en daarbij verlangend
te zorgen
voor een waardige opvolger,
verhief hij bij zijn leven
hem
tot de eer van het priesterschap.

2. De ander legde echter
zijn van vroeger gewone nederigheid
niet af:
nooit maakte hij
in Pafnutius' bijzijn
enig gebruik van het hem geschonken hogere ambt,
maar altijd bleef hij
wanneer Pafnutius de geestelijke offeranden opdroeg,
in zijn oude functie
van diaken.

Maar
ofschoon de zalige Pafnutius
een zó verheven en groot man was
dat hij in vele gevallen
de genade bezat de toekomst te kennen,
is ditmaal zijn keuze,
zijn hoop op deze plaatsvervanger,
niet in vervulling gegaan.
Want
niet lang nadien
liet hij de opvolger die hij zich bereid had,
vóórgaan naar God.

2. VRAAG, WAARVANDAAN DE PLOTSSELINGE
VERANDERING VAN DE GEEST KOMT VAN EEN
ONUITSPREKELIJKE VREUGDE IN DE DIEPSTE
DROEFHEID.
Deze zalige Daniël dan
stelden wij de vraag,
hoe het komt dat wij soms,
eenvoudig in onze cel gezeten,
door een zó grote opgeruimdheid van hart

et exuberantia sacratissimorum sensuum
repleremur,
ut eam non dicam sermo subsequi,
sed ne ipse quidem sensus occurreret,
oratio quoque pura emitteretur
ac prompta
et mens
plena spiritalibus fructibus
preces suas efficaces ac leues
etiam per soporem
supplicans
ad deum peruenire
sentiret,
ac rursum
nullis existentibus causis
tanto subito repleremur angore
et inrationabili quadam maestitia premeremur,
ut non solum
nosmet ipsos
huiusmodi sensibus arescere sentiremus,
uerum etiam
horreret cella,
sorderet lectio,
ipsa quoque instabilis ac nutabunda
et quodammodo ebria
emitteretur oratio,
ita ut
ingemescentibus
et conantibus nobis
ad directionem pristinam reuocari
mens nostra non posset,
quanto que intentius
ad dei reduceretur intuitum,
tanto uehementius ad discursus instabiles
lubrico raperetur excessu
et ita omni spiritali fructu redderetur effeta,
ut
nec desiderio regni caelorum
nec metu gehennae proposito
ab hoc letali quodam somno
ualeret excitari,
ita respondit.

III. RESPONSIO SUPER PROPOSITA QUAESTIONE
Tripartita nobis a maioribus ratio
super hac qua dicitis
sterilitate mentis
est tradita.

aut enim de neglegentia nostra
aut de inpugnatione diaboli
aut de dispensatione domini ac probatione
descendit.

et de neglegentia quidem,
cum

en een onuitsprekelijke vreugde
en door zó'n overvloed van de heiligste
gevoelens worden vervuld,
dat ik zeg niet geen woord het uit kan drukken,
maar zelfs geen gedachte in staat is het te
benaderen.
Het gebed geschiedt dan zuiver
en gemakkelijk
en de ziel,
vol van geestelijke vruchten,
voelt
dat haar gebeden, doeltreffend en licht,
die zij zelfs in de slaap
verricht,
God bereiken.
Maar andere keren
worden wij zonder enige oorzaak
plotseling
door zó'n onredelijke droefheid overvallen,
dat
wij ons
voelen verdorren,
dat
de cel een verschrikking wordt,
de lezing tegenstaat
en het gebed zelf
onzeker wordt en wankelt
als was het in dronkenschap.

Hoe wij ook zuchten,
wàt wij proberen,
onze geest
herneemt zijn oude koers niet;
met hoe meer moeite
hij wordt teruggebracht tot de beschouwing
Gods,
des te eerder ontsnapt hij
en wordt hij gegrepen door wispelturigheid.
En zó leeg wordt hij van alle geestelijke vrucht,
dat
noch het verlangen naar de hemel
noch de vrees voor de hel
hem uit deze dodelijke slaap
vermag te wekken.
Daniël antwoordde ons als volgt.

3. ANTWOORD OP DE GESTELDE VRAAG.
Drie redenen hebben de Vaders ons gegeven
voor deze
onvruchtbaarheid van geest
waarover gij spreekt.

Zij ontstaat
òf door onze nalatigheid,
òf door een aanvechting van de duivel,
òf door Gods voorzienigheid om ons te
beproeuen.

Zij ontstaat door nalatigheid

uitio nostro
tepore praecedente
incircumspecte
nosmet ipsos
et remissius
exhibentes
et per ignauam desidiam
noxii cogitationibus
pasti
terram cordis nostri
spinas et tribulos
facimus germinare,
quibus
in ea pullulantibus
consequenter effimur steriles
atque ab omni spiritali fructu
et contemplatione
ieiuni.

de inpugnatione uero diaboli,
cum
etiam bonis nonnumquam studiis dediti
callida subtilitate
mentem nostram
aduersario penetrante
uel ignorantes
ab optimis intentionibus
abstrahimur
uel inuiti.

IV. QUOD DISPENSATIONIS AC PROBATIONIS DEI DUPLEX CAUSA SIT

1. Dispensationis autem
ac probationis
duplex causa est.

prima,
ut
paulisper a domino derelicti
et mentis nostrae infirmitatem
humiliter intuentes
super praecedente puritate cordis,
quae nobis est illius uisitatione donata,
nullatenus extollamur,
probantes que nos
ab eodem derelictos
gemitibus nostris et industria
illum laetitiae ac puritatis statum
recuperare non posse
intellegamus
et praeteritam cordis alacritatem
non nostro studio,
sed illius nobis dignatione conlatam
et praesentem
de ipsius rursum gratia et inluminacione
esse poscendam.

wanneer wij ons
door onze schuld
tevoren
achteloos
laten gaan,
wanneer wij ons
uit luiheid
en traagheid
met kwade gedachten
voeden
en zo in de aarde van ons hart
distels en doornen
laten groeien,
met
het gevolg
dat wij onvruchtbaar worden
en verstoken
van alle geestelijke vrucht
en beschouwing.

Zij ontstaat door een aanvechting van de duivel,
wanneer de tegenstander
onze geest,
ofschoon op het goede bedacht,
sluw en geraffineerd
weet binnen te dringen
en wij zonder het te merken
of zonder het te willen
van onze beste toeleeg
worden afgeleid.

4. DE BEPROEVING DOOR GODS VOORZIENIGHEID GESCHIEDT OM TWEE REDENEN

1. De beproeving vervolgens
door de Voorzienigheid
geschiedt om twee redenen.

Ten eerste
dat wij,
een ogenblik door de Heer verlaten,
nederig
de zwakheid van onze geest zien
en ons niet verheffen
over de zuiverheid van hart
die ons tevoren door zijn bezoek werd
geschonken;
dat wij,
door Hem verlaten, ervaren
die toestand van vreugde en zuiverheid
niet door eigen streven en zuchten
te kunnen terugkrijgen,
en begrijpen
dat wij de vroegere opgeruimdheid van hart
niet door eigen inspanning bezaten
doch door zijn goedheid,
en dat wij haar nu opnieuw
van zijn genade en verlichting
moeten afsmecken.

2. secunda uero
probationis est causa,
ut perseuerantia nostra
uel mentis constantia et desiderium
conprobetur,
et
qua intentione cordis
uel orationum instantia
deserentem nos
uisitationem sancti spiritus
requiramus,
manifestetur in nobis,
ac pariter
agnoscentes,
quanto labore
amissum istud spiritale gaudium
et puritatis laetitia
conquiratur,
sollicitius inuentam custodire
ac tenere adtentius
studeamus.

quodammodo enim
neglegentius
custodiri solet
quidquid creditur
facile posse reparari.

V. QUOD STUDIUM ET INDUSTRIA NOSTRA NIHIL SINE
ADIUTORIO DEI PRAEUALEAT
Per quae
euidenter probatur
gratiam dei ac misericordiam
semper operari in nobis
ea quae bona sunt:
qua deserente
nihil ualere
studium laborantis
et quantamlibet adnitentis industriam
sine ipsius iterum adiutorio
statum pristinum recuperare
non posse
illud que in nobis
iugiter adimpleri:
*non uolentis
neque currentis,
sed miserentis est dei.*

quae gratia
nonnumquam e contrario
neglegentes ac resolutos
inspiratione hac qua dicitis sancta
et abundantia spiritalium cogitationum
uisitare
non rennuit,
sed inspirat indignos,
exsuscitat dormitantes

De tweede
reden is,
dat aldus onze volharding,
de standvastigheid en het verlangen van onze
ziel beproefd worden;
dat ons duidelijk wordt
met welk een toeleg van hart
en aandrang van gebeden
wij de tegenwoordigheid van de heilige Geest,
die ons verlaat,
weer moeten zoeken;

en dat wij, ten slotte,
wetend
met hoeveel moeite
die verloren geestelijke vreugde
en blijdschap van de zuiverheid
wordt gewonnen,
haar eenmaal gevonden
met groter zorg en ijver
bewaren.

Men bewaart immers
gewoonlijk
met minder zorg
wat men gemakkelijker denkt
terug te kunnen krijgen.

5. ONZE IJVER EN INSPANNING VERMOGEN NIETS
ZONDER DE HULP VAN GOD
Hierdoor
wordt duidelijk bewezen,
dat steeds Gods genade en barmhartigheid
in ons wat goed is
tot stand brengt.
Waar deze ontbreekt,
vermag ijverig werken
niets
en geen inspanning, hoe groot dan ook,
kan
zonder zijn nieuwe hulp
de vroegere toestand terugkrijgen;
en dit woord wordt in ons
voortdurend vervuld:
*Het hangt niet af van hem die wil,
noch van hem die loopt,
maar van Gods ontferming (Rom. 9, 6).*

Menigmaal weigert anderzijds
de genade niet,
nalatigen en verslaptten
met die heilige inspiratie
en die overvloed van geestelijke gedachten
waarover gij spreekt,
te bezoeken:
zij inspireert onwaardigen,
wekt de slapenden

et inluminat ignorantiae caecitate possessos
clementer que nos arguit
atque castigat
infundens se cordibus nostris,
ut uel sic
de inertiae somno
conpunctione ipsius instigati
consurgere
prouocemur.

denique
frequenter
etiam odoribus
ultra omnem suauitatem
compositionis humanae
in his ipsis subito uisitationibus
adimplemur,
ita
ut mens
hac oblectatione resoluta
in quendam spiritus rapiatur excessum
se que conmorari
obliuiscatur
in carne.

VI. QUOD UTILE NOBIS SIT INTERDUM A DOMINO DERELINQUI

1. In tantum uero
illum quem diximus abscessum
et ut ita loquar desertionem dei
beatus Daud
utilem esse cognouit,
ut nequaquam orare maluerit,
ne a deo
in nullo penitus relinqueretur
(hoc enim sciebat
incongruum esse
uel sibi
uel humanae naturae
ad quamlibet peruenienti perfectionem),
sed temperari eam potius
deprecatus sit
dicens:

non me derelinquas usque quaque,
ac si diceret aliis uerbis:
scio
quod derelinquere soleas
utiliter
tuos sanctos,
ut eos probes.

2. aliter enim
ab aduersario temptari non possunt,
nisi a te paulisper fuerint derelicti.

et ideo
non rogo

en verlicht hen die blind zijn en onwetend:
zacht verwijt
en bestraft zij ons,
zich uitstortend in ons hart,
opdat wij tenminste zó,
door haar getroffen,
worden aangezet
om uit onze slaap en traagheid
op te staan.

Dikwijls
ook
worden wij
bij deze bezoeken plotseling
zelfs van een geur vervuld
die de zoetheid
van alle menselijk maaksel te boven gaat,
zodat
de geest,
in deze geneugte opgegaan,
in een zekere verrukking geraakt
en vergeet
dat zij in het vlees
verblijft.

6. HET IS NUTTIG VOOR ONS VAN TIJD TOT TIJD DOOR DE HEER TE WORDEN VERLATEN

1. Zózeer
kende de zalige David
het nut van dit feit
dat God zich terugtrekt
en de ziel om zo te zeggen in de steek laat,
dat hij niet heeft willen bidden
door God
in totaal geen enkel opzicht te worden verlaten:
hij wist
dat dit niet dienstig was
voor hem
en voor de menselijke natuur,
tot welke volmaaktheid ook gekomen;
maar hij bad veeleer
dat de verlatenheid gematigd zou worden
en zei:

Verlaat mij niet geheel en al (Ps. 119,8).
Alsof hij met andere woorden zei:

Ik weet
dat Gij gewoon zijt
uw heiligen te verlaten
tot hun voordeel,
om hen te beproeven.

2. Zij kunnen immers
door de tegenstander niet bekoord worden
tenzij zij door U een ogenblik verlaten worden.

En daarom
vraag ik U niet
dat Gij mij nooit verlaat,

ut numquam me derelinquas,
quia non expedit mihi,
ut non
uel meam infirmitatem sentiens
dicam:
*bonum mihi
quod humiliasti me,*
uel exercitium non habeam proeliandi.

quod sine dubio
habere non potero,
si mihi semper et indisrupte cohaeserit
diuina protectio.

suffultum namque me tua defensione
temptare diabolus non audebit,
illud obiciens et exprobrans
uel mihi uel tibi,
quod aduersus athletas tuos
solet
calumniosa uoce
proferre:

*numquid gratis lob colit deum?
nonne tu uallasti eum,
ac domum eius,
uniuersam que substantiam eius
per circuitum?*

sed magis peto
ne me usque quaque deseras,
quod Graece dicitur
ew~ sfodra,
id est
usque ad nimietatem.

3. quantum enim mihi utile est
si me paululum subrelinquas,
ut desiderii mei constantia
conprobetur,
tantum noxium est
si
pro meritis ac delictis meis
nimium me deseri
patiaris,
quia nulla uirtus humana,
si diutius in temptatione
tuo deseratur auxilio,
sua poterit constantia perdurare
et non protinus
aduersarii uel potentia uel factione
subcumbere,
nisi tu ipse,
qui es humanarum uirium conscius
ac luctaminum moderator,
*non permiseris
temptari nos super id quod possumus,
sed feceris cum temptatione et exitum,
ut sustinere possimus.*

4. tale quid

want het is mij niet voordelig
dat ik
mijn zwakheid niet voel
en niet zeg:
*Het is goed voor mij
dat Gij mij hebt vernederd* (Ps. 119,71),
of dat ik geen oefening heb in de strijd.

Die zou ik ongetwijfeld
niet kunnen hebben
als de goddelijke bescherming
altijd en onafgebroken bij mij zou zijn.

Want als ik door uw beschutting gedragen
word,
zal de duivel het niet wagen mij te bekoren.
maar hij zal òf mij òf U
het verwijt maken
dat hij gewoon is
tegen uw strijders
met zijn lasterlijke tong
naar voren te brengen:
*Dient Job God wel om niet?
Hebt Gij hem
en zijn huis
en al zijn bezit
niet als met een muur omringd?* (Job 1,9-10).

Maar veeleer vraag ik U
dat Gij mij niet geheel en al verlaat,
het Grieks zegt:

niet tot het uiterste.

3. Want zo nuttig het is
als Gij mij een weinig alleen laat
opdat de standvastigheid van mijn verlangen
bewezen wordt,
zo schadelijk is het
als Gij mij,
naar wat ik om mijn zonden verdien,
te zeer verlaat;

want geen menselijke kracht kan,
als zij te lang in de bekoring
van uw hulp verstoken blijft,
door eigen standvastigheid volharden
en niet spoedig
vallen
door de macht en het drijven van de
tegenstander, tenzij Gijzelf,
die de kracht des mensen kent
en zijn strijd matigt,
*niet toelaat
dat wij boven onze krachten beproefd
worden,
maar met de beproeving al het einde
bepaalt,*

et in ludicum libro
super exterminatione
gentium spiritualium
quae aduersantur Israheli
mystice legimus designatum:

*hae sunt gentes,
quas dominus dereliquit,
ut erudiret in eis Israhalem,
et haberent consuetudinem
cum hostibus proeliandi,*

et iterum post pauca:

*dimisit que eos dominus,
ut in ipsis experiretur Israhalem,
utrum audiret mandata domini
quae praeceperat patribus eorum
per manum Moysi,
an non.*

5. quam utique pugnam
non inuidens deus quieti Israhelis
nec male eidem consulens,
sed sciens esse utilem
reseruauit,
ut
dum gentium semper istarum in pugnatione
deprimitur,
numquam
se sentiret
auxilio domini
non egere,
et ob id
semper
in eius meditatione
et inuocatione persistens
nec inertio
solueretur
nec bellandi usum
et exercitia uirtutis
amitteret.

frequenter enim,
quos non potuerunt aduersa superare,
securitas et prosperitas deiecerunt.

VII. DE UTILITATE EIUS PUGNAE QUAM APOSTOLUS
PONIT IN CONLUCTIONE CARNIS ET SPIRITUS

1. Hanc pugnam

utiliter

nostris quoque insertam membris

etiam in apostolo ita legimus:

*caro enim concupiscit aduersus spiritum,
spiritus uero aduersus carnem:
haec autem inuicem aduersantur sibi,
ut non quaecumque uultis illa faciatis.*

habes et hic

*zodat wij ze kunnen doorstaan (1Kor.
10,13).*

4. In het boek van de Rechters
vinden wij iets dergelijks
verborgen aangeduid,
waar het gaat over de verdelging
van de volken die Israël weerstonden
- zij hebben een geestelijke betekenis:
*Dit zijn de volken
die de Heer heeft overgelaten
om door hen Israël te onderrichten
en opdat zij gewoon zouden zijn
te strijden, (Ri. 3,1)*

en nogmaals even verder:

*De Heer liet hen over
om door hen Israël te beproeven,
of het zou luisteren
of niet naar de geboden van de Heer,
die Hij hun vaders had gegeven
door de hand van Moses (Ri. 3,4).*

5. Zeer zeker heeft de Heer deze strijd
niet gelaten
omdat Hij Israël geen rust gunde
of het slecht met hen voorhad,
maar omdat Hij wist dat het nuttig was:

wanneer het steeds de aanvallen van die volken
te verduren had,
zou het nooit
menen
de hulp van de Heer
niet nodig te hebben;
altijd
zou het aldus
Hem gedachtig zijn
en Hem aanroepen
en niet door ledigheid
verslappen
en zijn ervaring van de strijd
of de oefening van zijn kracht
verliezen.

Want vaak
hebben wie tegenspoed niet kon overwinnen,
veiligheid en voorspoed ten val gebracht.

7. HET NUT VAN DEZE STRIJD, DIE DE APOSTEL
OMSCHRIJFT ALS DE STRIJD TUSSEN VLEES EN GEEST

1. Ook bij de Apostel lezen wij

dat deze strijd,

tot ons nut,

zelfs in onze leden is gelegd.

*Het vlees begeert tegen de geest
en de geest tegen het vlees;
zij staan vijandig tegenover elkaar,
zodat gij niet doet al wat gij wilt (Gal. 5,17).*

Ook hier hebt ge dus

pugnam
inuisceratam quodammodo corpori nostro
dispensatione domini procurante.

quidquid enim
generaliter
et sine aliqua exceptione
omnibus inest,
quid aliud iudicari potest
nisi
ipsi humanae substantiae
post ruinam primi hominis
uelut naturaliter
adtributum:
et quod uniuersis
congenitum
concretum que
deprehenditur,
quomodo non credendum sit
arbitrio domini
non nocentis,
sed consulentis
insertum?

2. causam uero
huius belli,
id est
carnis et spiritus,
hanc esse pronuntiat:
*ut non, inquit,
quaecumque uultis
illa faciatis.*

ergo
id
quod procurauit deus
ut a nobis
non possit impleri,
id est
ut non quaecumque uolumus
illa faciamus,
si inpleatur
quid aliud
credi potest esse
quam noxium?

et est quodammodo utilis
haec pugna
nobis
dispensatione creatoris inserta
et ad meliorem nos statum
prouocans
atque conpellens,
qua sublata
procul dubio
pax e contrario
perniciosa
succederet.

de strijd,
als het ware ingeworteld in ons lichaam,
door de beschikking van 's Heren voorzienigheid.

Is iets immers
algemeen
en zonder enige uitzondering
in allen aanwezig,
wat anders kan men daarin dan zien,
dan
dat het het menselijk wezen
na de val van de eerste mens
als van nature
is toebedeeld?
En wat in allen
als aangeboren
en ingeworteld wordt
aangetroffen,
hoe zou men daarvan niet geloven
dat het door de wil van de Heer
in ons is gelegd,
niet om ons te schaden
maar om ons van dienst te zijn?

2. De reden
van deze strijd

tussen vlees en geest
noemt de Apostel deze:
*Zodat gij
niet doet
al wat gij wilt.*

Als
datgene
waarvoor God zorgde
dat het door ons
niet kan worden vervuld,
dat wil zeggen
doen
al wat wij willen,
tòch geschiedde,
zou dit dan iets anders voor ons
kunnen betekenen
dan schade?

En zo is deze strijd,
die door een beschikking van de Schepper
in ons is gelegd,
op een of andere wijze nuttig:
hij prikkelt
en dwingt
ons tot verbetering;
en wanneer hij weggenomen werd,
zou er
ongetwijfeld
een gevaarlijke vrede
volgen.

VIII. INTERROGATIO, QUID SIT QUOD IN CAPITULO
APOSTOLI POST ADVERSANTES SIBI CONCUPISCENTIAS
CARNIS ET SPIRITUS TERTIA ADICIATUR UOLUNTAS

Germanus:

Licet nobis
quaedam intellectus linea
iam praelucere
uideatur,
tamen
quia necdum possumus
apostoli sententiam
ad liquidum peruidere,
uolumus
haec nobis apertius explanari.

tres enim res
hic indicari uidentur,
prima
carnis aduersus spiritum pugna,
secunda
spiritus aduersus carnem concupiscentia,
tertia
uoluntas nostra,
quae uelut media conlocatur,
de qua dicitur:
*ut non quaecumque uultis
illa faciatis.*

super qua re
licet
ut dixi
suspiciones quasdam
ex his quae exposita sunt
intellegentiae colligamus,
uolumus tamen,
quia se huius obtulit conlationis occasio,
aliquid nobis lucidius
disputari.

IX. RESPONSIO DE INTELLECTU RECTE
INTERROGANTIS

1. Danihel:
Discernere diuisiones
et lineas quaestionum
portio intellectus est,
et maxima pars intellegentiae
scire quid nescias.

propter quod dicitur:
*insipienti interroganti
sapientia
reputabitur,*
quia
licet is qui interrogat

8. EEN VRAAG: WAAROM PLAATST DE APOSTEL IN
DEZE TEKST NA DE ELKAAR WEERSTREVENDE
BEGEERTEN VAN VLEES EN GEEST ALS DERDE DE
WIL?

Toen zei Germanus:

Wij geloven
dat er ons
al wel een lichtje
opgaat,
maar
omdat de tekst van de Apostel
ons toch niet
helemaal helder is
zouden we graag
duidelijker uitleg hebben.

Er schijnen immers
hier drie dingen te worden genoemd:
vooreerst:
de strijd van het vlees tegen de geest;
ten tweede:
het begeren van de geest tegen het vlees;
ten derde:
onze wil
die als het ware daar tussen in wordt geplaatst
en waarvan gezegd wordt:
*zodat ge niet doet
wat ge zoudt willen.*

Hoewel we
hieromtrent,
gelijk gezegd,
reeds iets
beginnen te begrijpen
uit hetgeen ons zo juist werd voorgehouden,
willen wij toch
van de gelegenheid van deze conferentie
profiteren
om hierin
wat meer licht te krijgen.

9. HET IS EEN TEKEN VAN VERSTAND, JUISTE VRAGEN WETEN TE
STELLEN

1. Toen antwoordde Daniël:
Verdelingen
en lijnen van kwesties onderscheiden
is al een gedeeltelijk begrip,
en een heel groot stuk inzicht is
te weten wat je niet weet.

Daarom staat er geschreven:

*Als de dwaas een vraag stelt
wordt het hem tot wijsheid
aangerekend (Spr. 17,28),*
want
laat hem die ondervraagt,
de draagwijdte van de kwestie ontgaan,
toch wordt,

uim propositae quaestionis ignoret,
tamen
quia prudenter inquirat
et intellegit quid non intellegat,
hoc ipsum illi reputatur ad sapientiam,
eo quod
quid nesciret
prudenter agnouerit.

2. secundum diuisionem itaque uestram
tres hoc loco res
ab apostolo
nominari uidentur,
concupiscentia carnis aduersus spiritum
et spiritus aduersus carnem,
quarum aduersus se inuicem pugna
hanc uidetur habere causam atque rationem,
ut ea
quae uolumus, inquit,
facere nequeamus.

quarta igitur
superest causa
quam minime uos uidistis,
ut illud scilicet
quod nolumus
faciamus.

nunc ergo opus est nobis,
ut prius
duarum concupiscentiarum uim,
id est
carnis et spiritus,
agnoscamus,
et ita demum
quae uoluntas sit nostra,
quae inter utraque posita est,
discutere ualeamus,
deinde
quid possit
uoluntatis nostrae non esse
similiter discernamus.

X. QUOD UOCABULUM CARNIS NON IN UNA SIGNIFICATIONE PONATUR

1. Vocabulum carnis
in scripturis sanctis
multifarie
legimus nominari.

nam
nonnumquam significat
hominem integrum,
id est
qui ex corpore constat et anima,
ut ibi:
et uerbum

omdat hij verstandig navorst
en begrijpt wat hij niet begrijpt,
dit juist hem tot wijsheid aangerekend,
omdat hij
wàt hij niet wist,
verstandig heeft erkend.

2. Volgens uw verdeling
schijnen dan op deze plaats
door de Apostel
drie dingen te worden genoemd:
de begeerlijkheid van het vlees tegen de geest
en die van de geest tegen het vlees,
en het doel
van deze strijd schijnt te zijn,
dat wij, gelijk gezegd,
niet zouden kunnen doen
wat wij willen.

Maar er is nog
een vierde punt,
dat gij in het geheel niet hebt gezien,
en dat daarin bestaat
dat wij doen
wat wij niet willen.

Wij moeten dus
[1] vooreerst
de macht leren kennen
van de beide begeerlijkheden
namelijk
van het vlees en van de geest.
[2] Dan
kunnen wij onderzoeken,
wat onze wil is,
die tussen beiden in staat,
[3] om tenslotte
na te gaan
wat het zou kunnen zijn
dat buiten het bereik ligt van onze wil.

10. HET WOORD "VLEES" WORDT IN MEER DAN ÉÉN BETEKENIS GEBRUIKT

1. Het woord "vlees"
lezen wij
in de H.Schrift
in verschillende betekennissen,

want
soms duidt het
de gehele mens aan,
dat wil zeggen
die bestaat uit lichaam en ziel,
bijvoorbeeld:
het woord
is vlees geworden (Joh. 1, 14);

caro factum est,
et:
uidebit omnis caro
salutare dei nostri,

nonnumquam
homines peccatores atque carnales,
ut ibi:
non permanebit spiritus meus
in hominibus istis,
eo quod sint caro.

2. interdum
pro ipsis peccatis
ponitur,
ut ibi:
uos autem non estis in carne
sed in spiritu,
et iterum:
caro et sanguis
regnum dei non possidebunt.
denique sequitur:
neque corruptio
incorruptelam possidebit.

nonnumquam
pro agnatione
et propinquitate,
ut ibi:
ecce nos
os tuum et caro tua sumus,
et apostolus:
si quo modo
in aemulationem inducam
carnem meam
et saluos faciam
aliquos ex illis.

3. quaerendum ergo nobis est,
secundum quam significationem ex his quattuor
carnem hic debeamus accipere.

manifestum namque est
secundum illud
quod positum est:
et uerbum
caro factum est
uel illud:
et uidebit omnis caro
salutare dei
penitus stare non posse.

sed neque
secundum illud
quod dicitur:
non permanebit spiritus meus
in hominibus istis,
eo quod sint caro,
quia non,
sicut ibi abrupte de homine peccatore,

alle vlees
zal Gods heil aanschouwen (Lc. 3,6).

Soms betekent het
de zondaars en vleselijk gezinde mensen,
bijvoorbeeld:
Mijn geest zal niet voor altijd
bij de mensen blijven,
omdat zij bedorven zijn en enkel vlees (Gen.
6,3).

2. Het wordt
ook wel eens gebruikt
voor de zonde zelf:

Gij echter zijt niet in het vlees
maar in de geest (Rom. 8,9).

En elders:
Vlees en bloed kunnen geen deel hebben
aan het Koninkrijk Gods,
waarop onmiddellijk volgt:
en het bederf heeft geen deel
aan de onbederfelijkeid (1Kor. 15,50).

Soms wordt het woord vlees gebruikt
voor de afstammelingen van één vader
en voor bloedverwanten:

Zie,
wij zijn uw vlees en bloed (2Sam. 5,1);
en de Apostel zegt:
om
mijn vlees
tot naijver op te wekken
en sommigen van hen
te redden (Rom. 11,14).

3. Wij moeten dus nagaan
volgens welke van deze vier betekenissen
het woord "vlees" hier wordt gebruikt.

Nu is het duidelijk
dat de eerste betekenis
gelijk in de teksten:
Het woord
is vlees geworden,

en:
Alle vlees zal
het heil zien van onze God,
hier volstrekt onmogelijk is,

en eveneens
de tweede betekenis,
gelijk die voorkomt in de teksten:
Mijn geest zal niet voor altijd
bij de mensen blijven,
omdat zij bedorven zijn en enkel vlees.

Want
hier is eenvoudigweg sprake van de zondaars,

ita et hic ponitur caro,
cum dicit:
*caro concupiscit aduersus spiritum
et spiritus aduersus carnem.*

neque enim
de rebus substantialibus loquitur,
sed de actualibus,
quae in uno eodem que homine
uel pariter
uel singillatim
cum quadam temporis
uicissitudine et mutatione
uctantur.

XI. QUID IN HOC LOCO CARO AB APOSTOLO NOMINETUR ET QUID SIT CONCUSPISCENTIA CARNIS

1. Quamobrem
in hoc loco carnem
non hominem,
id est
hominis substantiam,
sed uoluntatem carnis
et desideria pessima
debemus accipere,
sicut ne spiritum
quidem aliquam rem substantialem,
sed animae desideria bona et spiritalia
designari.

quem sensum
idem beatus apostolus
superius euidenter expressit
ita incipiens:

*dico autem,
spiritu ambulate,
et desideria carnis
non perficietis.
caro enim concupiscit aduersus spiritum,
spiritus uero aduersus carnem:
haec autem inuicem aduersantur sibi,
ut non quaecumque uultis
illa faciatis.*

2. quae cum utraque,
id est
desideria carnis et spiritus
in uno eodem que sint homine,
intestinum cotidie intra nos geritur bellum,
dum
concupiscentia carnis,
quae praecipitanter fertur ad uitia,
his
quae ad praesentem requiem pertinent
deliciis
gaudet.

hetgeen niet het geval is
in de tekst van de Apostel:
*Het vlees begeert tegen de geest
en de geest tegen het vlees* (Gal. 5,17).

Hij spreekt hier immers
niet van substantiële dingen
maar van strevingen
die in één en dezelfde mens,
hetzij gelijktijdig,
hetzij na elkaar,
met een zekere wisseling en verandering
van de tijden
strijd voeren.

11. WÁT OP DEZE PLAATS DOOR DE APOSTEL VLEES GENOEMD WORDT; EN WAT DE BEGEERTE VAN HET VLEES IS

1. Op deze plaats
moeten wij onder "vlees"
niet verstaan
de mens,
de zelfstandigheid van mens,
maar de wil van het vlees
en de slechte verlangens;
zoals wij ook "geest"
niet moeten nemen
als een of andere op zichzelf staande realiteit,
doch in de zin van
de goede en geestelijke verlangens van de ziel.

Deze betekenis
heeft de zalige Apostel ook zelf
in wat voorafgaat duidelijk uitgedrukt:

*Ik bedoel dit:
leef naar de geest,
dan zult gij de verlangens van het vlees
niet inwilligen;
want het vlees begeert tegen de geest
en de geest tegen het vlees;
zij staan vijandig tegenover elkaar,
zodat gij niet doet
al wat gij wilt* (Gal. 5,16-17).

2. Daar deze beide verlangens,
van het vlees en van de geest,
in één en dezelfde mens aanwezig zijn,
woedt er dagelijks in ons een inwendige oorlog,
doordat
de begeerte van het vlees,
die zich onstuimig op het kwade werpt,
behagen scheidt
in de genoegens
van de rust hier op aarde;

quibus e contra
concupiscentia spiritus aduersata
ita desiderat tota
spiritualibus studiis inhaerere,
ut etiam
necessarios carnis usus
optet excludere,
sic illis iugiter
cupiens occupari,
ut nullam optaret
fragilitati eius
curam penitus inpertire.

caro
luxuriis ac libidine
delectatur,
spiritus
ne ipsis quidem naturalibus desideriiis
adquiescit.

3. illa
cupit satiari somno,
repleri cibo,
hic
ita uigiliis
et ieiuniis saginatur,
ut ne
ad ipsum quidem necessarium uitae usum
somnum cibum que
uelit admittere.

illa
uniuersis exuberare copiis
concupiscit,
hic
ne ipsius quidem exigui panis
cotidianam substantiam habere
contentus est.

lauacris
illa
nitescere
et cotidianis adulantium cuneis
adpetit
constipari,
hic
squalore sordium
et inaccessibilis heremi uastitate
congaudet
cunctorum que mortalium praesentiam
perhorrescit.

Honoribus
illa
et laudibus hominum
confovetur,
hic
inrogatis sibi iniuriis
ac persecutionibus
gloriatur.

waartegen van de andere kant
de begeerte van de geest zich verzet
en verlangt zó volledig
in de ijver voor het geestelijke op te gaan,
dat zij zelfs
de noodzakelijke behoeften van het vlees
wenst uit te sluiten;
zózeer begeert zij voortdurend
met dat geestelijke bezig te zijn,
dat zij zou wensen geen enkele zorg
te besteden
aan de zwakheid van het lichaam.

Het vlees
vindt genoeg
in weelde en wellust,
de geest
legt zich zelfs bij de natuurlijke verlangens
niet neer.

3. Het vlees
begeert tot verzadigens toe te slapen
en te eten,
de geest
doet zich aan waken
en vasten tegoed,
zo zelfs dat hij niet eens
voor de noodzakelijke behoeften van het leven
slaap en spijs
wil toestaan.

Het vlees
begeert
overvloed van alle goederen,
de geest
neemt nog geen vrede
met het dagelijkse,
bescheiden broodje.

Door baden
zoekt het vlees
een stralend uiterlijk
en het verlangt
dagelijks door een schare van vleiers
te worden omringd,
de geest
verheugt zich
in de ruigte van het vuil
en de eenzaamheid van de ontoegankelijke
woestijn
en hij schuwt
de aanwezigheid van iedere sterveling.

Het vlees
wordt gekoesterd
door de eer
en de lof der mensen,
de geest
roemt
op het hem aangedane onrecht

XII. QUAE SIT VOLUNTAS NOSTRA, QUAE INTER
CONCUPISCENTIAM CARNIS ET SPIRITUS PONITUR

1. Inter has igitur
utrasque concupiscentias
animae voluntas
in meditullio
quodam vituperabiliore
consistens

nec vitiorum flagitiis
oblectatur
nec virtutum doloribus
adquiescit,

sic quaerens
a passionibus temperare carnalibus,
ut nequaquam velit
dolores necessarios sustinere,
sine quibus
desideria spiritus
nequeunt possideri,

absque castigatione carnis
castimoniam corporis
desiderans obtinere,

sine vigiliarum labore
cordis adquirere
puritatem,

cum requie carnis
spiritualibus exuberare
virtutibus,

absque illius exasperatione convicii
patientiae gratiam
possidere,

humilitatem Christi
sine honoris mundani
exercere iactura,

religionis simplicitatem
cum saeculari ambitione
sectari,

Christo
cum hominum laude ac favore
servire,

distinctionem veritatis
sine cuiuspiam vel tenui offensione
proferre:

postremo
sic mavult
futura consequi bona,
ut praesentia

en de vervolging.

12. WÁT ONZE WIL IS DIE TUSSEN DE BEGEERTEN
VAN HET VLEES EN VAN DE GEEST WORDT GEPLAATST

1. Tussen deze
beide begeerten nu
staat
de wil van de ziel
in een midden
dat nog erger is.

Noch vindt hij genoeg
in de schanddaden van het kwaad,
noch aanvaardt hij
de pijnen van de deugd;

hij zoekt zich
van de vleselijke hartstochten te onthouden
doch wil daarbij volstrekt niet
het noodzakelijke lijden verduren
zonder hetwelk men
de verlangens van de geest
niet kan bezitten;

zonder zijn vlees te kastijden
verlangt hij
de kuisheid te verwerven,

zonder de last van het waken
de zuiverheid van hart
te verkrijgen,

met behoud van de rust van het vlees
over te vloeien
van geestelijke deugden,

zonder de bitterheid van enige smaad
de genade van het geduld
te bezitten,

de nederigheid van Christus
te beoefenen
zonder verlies van de wereldse eer,

naar de eenvoud van de dienst van God
te streven
samen met de wereldse eerezucht,

Christus
te dienen
mèt de lof en de gunst van de mensen,

de strikte waarheid te spreken
zonder iemand ook maar het minst
te stoten:

kortom
hij wil zó
de toekomstige goederen verwerven
dat hij de tegenwoordige

non amittat.

2. quae uoluntas
numquam nos
ad perfectionem ueram
faceret peruenire,
sed in tepore quodam deterrimo
conlocaret
tales que faceret
quales illi sunt
qui in Apocalypsi
inreptione domini
castigantur:

*scio opera tua,
quia neque frigidus es neque calidus.
utinam frigidus esses aut calidus.
nunc autem tepidus es,
et incipiam
te euomere ex ore meo,*

nisi
hunc tepidissimum statum
altrinsecus
haec insurgentia bella
disrumperent.

nam
cum famulantes huic uoluntati nostrae
ad hanc remissionem
uoluerimus nosmet ipsos paululum relaxare,
confestim
aculei carnis
insurgunt
suis que nos uitii et passionibus
sauciantes
nequaquam in illa
qua delectamur
puritatis qualitate
stare permittunt,
atque ad illam
quam horremus
frigidam uoluptatum
plenam que sentibus
pertrahunt
uiam.

3. rursum
si spiritus feruore
succensi
opera carnis
uolentes extinguere
sine ullo respectu
fragilitatis humanae
totos nosmet ipsos
temptauerimus
ad inmoderata uirtutum studia
cordis elatione
conferre,
interpellans inbecillitas carnis
ab illa reprehensibili nimietate spiritus
reuocat

niet verliest.

2. Deze wil
zou ons nooit
tot de ware volmaaktheid
doen komen.
Hij zou ons
tot een zeer ernstige lauwheid brengen,
ons maken
als hen
die in de Apokalyps
door het verwijt van de Heer
worden gestriemd:
*Ik ken uw werken:
gij zijt noch koud noch warm.
Waart gij maar koud of warm.
Nu echter zijt gij lauw
en ik sta op het punt
u uit te spuwen uit mijn mond (Op. 3,15-16).*

Zo zou het ons vergaan
als van de andere kant niet
die telkens in ons rijzende oorlog
de staat van uiterste lauwheid
zou verbreken.

Want inderdaad,
zodra wij in dienst van deze onze wil
ons wat aan de verslapping
willen overgeven
komen
terstond
de steken van het vlees
en verwonden ons
door hun ondeugden en hartstochten:
zij laten ons aldus
niet blijven
in die staat van zuiverheid
waarin wij behagen hebben,
en
trekken ons
naar de koude, doornige
weg
der lusten,
waarvoor wij huiveren.

3. Trachten wij
een andere keer,
ontstoken
in vurigheid van geest
en besloten
de werken van het vlees uit te roeien,
onzelf
zonder enig ontzag
voor de menselijke zwakheid
uit hoogmoed
volkomen te geven
aan een overdreven deugdbeoefening,
dan komt de zwakheid van het vlees tussenbeide
om ons van die laakbare overdrijving van de
geest terug te roepen

ac retardat.

et ita fit
ut
utraque concupiscentia
tali conluctatione alterne
sibimet repugnante
animae uoluntas,
quae
nec totam se
carnalibus desiderii dedere
nec uirtutum uult laboribus desudare,
quodammodo iusto moderamine
temperetur,
dum
haec inter utraque contentio,
illam perniciosiorem excludens
animae uoluntatem,
ut quendam aequitatis libram
in statera nostri corporis
conlocat,
quae
spiritus carnis que confinia
iusto discernit examine,
nec a dextris
mentem
spiritus ardore
succensam
nec a laeua
carnem
uitiorum aculeis
praeponderare permittens.

4. dum que haec pugna
cotidianis diebus
utiliter exagitur in nobis,
ad illud quartum
quod nolumus
salubriter uenire
compellimur,
ut

puritatem cordis
non otio nec securitate,
sed iugi sudore
et contritione spiritus
adquiramus

castitatem que carnis
districtis ieiuniis,
fame,
siti
ac uigilantia
retentemus,

directionem etiam cordis
lectione,
uigiliis,
oratione continua
et solitudinis squalore

en af te houden.

En zo geschiedt het
dat
door deze afwisselende
onderlinge strijd
van de beide begeerten
de wil van de ziel,
die
noch zich volkomen
aan de vleselijke begeerten wil geven
noch zich voor de werken der deugden uitsloven,
door een juiste matiging
wordt geleid:

de onderlinge strijd
maakt die gevaarlijke wil
onmogelijk
en brengt bij wijze van spreken
in de weegschaal van ons lichaam
een zeker evenwicht,
dat
de twee kanten van geest en vlees
nauwkeurig gescheiden houdt
en noch rechts
aan
de in vuur
ontstoken geest,
noch links
aan het door ondeugd geprikkelde
vlees
toestaat de weegschaal te doen doorslaan.

Deze strijd
die zich dagelijks opnieuw
tot ons nut in ons afspeelt,
heeft tot gelukkig gevolg
dat wij gedwongen worden
tot dat vierde te komen
dat wij niet willen:
dat wij namelijk

de zuiverheid van hart
niet in ledigheid en zorgeloosheid,
doch door een voortdurend zwoegen
en sloven van de geest
verwerven;

dat wij de kuisheid van het vlees
bewaren
door streng vasten,
door honger,
dorst
en waakzaamheid;

dat wij door lezing,
waken,
voortdurend gebed
en harde eenzaamheid
ons hart zijn gerichtheid

capiamus,

patientiam
tribulationum exercitiis
retentemus,

cum blasphemis
et obprobriorum saturitate
nostro seruiamus auctori,

ueritatem
cum inuidia mundi huius
et inimicitis,
si necesse fuerit,
exsequamur,

et
tali conluctatione
in nostro corpore militante
protractis nobis
ab hac ignaua securitate
atque
ad istum quem nolumus laborem
ac uirtutum studia
prouocatis
aequitas optime media retentetur,

5. et
tepidum nostrae uoluntatis arbitrium
hinc spiritus feruor,
illinc carnis gelidissimus rigor
moderatissimo calore
contemperent,

ac
neque ad effrenata uitia
mentem pertrahi
concupiscentia spiritus
sinat
nec rursus
ad uirtutum inrationabiles appetitus
fragilitas carnis
spiritum
patiatur
extolli,
ne
uel inde
omnigenum pullulent
fomites uitiorum
uel hinc
elatio morbi principalis emergens
telo nos superbiae grauiore
confodiat,

sed
horum pugnae
aequilibratio iusta
succedens
sanam et moderatam
inter utraque

geven;

dat wij het geduld
behouden
door oefening in de beproeving;

dat wij onder de laster
en verzadigd van versmadingen
onze Schepper dienen;

dat wij de waarheid
doen gelden
zo nodig
ondanks de ongenade
en vijandschap van deze wereld.

Doordat wij
in deze strijd,
die zich in ons lichaam afspeelt,
aan die slapheid en zorgeloosheid
worden ontrukkt
en
gedreven
tot die inspanning die wij niet willen
en tot de ijver voor de deugd,
blijft het evenwicht voortreffelijk behouden.

5.
Het vuur van de geest aan de ene kant,
de ijzige koude van het vlees aan de andere
kant, houden
onze lauwe wil
op een goed geregelde temperatuur.

De begeerte van geest
laat niet toe
dat de ziel
tot ongebreidelde ondeugd vervalt
en de zwakheid van het vlees
gedoogt
op haar beurt niet
dat de geest
zich verheft
tot onredelijke verlangens naar deugd,
zodat
enerzijds
zich geen haarden van allerlei kwaad
kunnen ontwikkelen
en anderzijds
de hoogmoed, onze hoofdkwaal, niet opkomt
en ons nog erger verwondt
met het wapen van de trots.

Maar
het juiste evenwicht
dat volgt
op deze strijd,
zal tussen de beide uitersten
de gezonde en gematigde weg

uirtutum reseret
uiam,
itinere regio
docens
militem Christi
semper incedere.

ontsluiten
van de deugden,
de soldaat van Christus
lerend
steeds de koninklijke weg
te gaan.

6. atque ita fiet,
ut
cum pro tepore huius quam diximus
ignauissimae uoluntatis
propensius
mens
ad desideria carnis
fuerit deuoluta,
spiritus concupiscentia
refrenetur,
nequaquam eo uitii adquiescente terrenis,

6.
Als de ziel
door de lautheid
van onze slappe wil
al te zeer
tot de verlangens van het vlees
vervalt,
wordt zij door de begeerten van de geest
beteugeld,
omdat deze niet berust in het aardse kwaad;

rursum que
si inmoderato feruore
per excessum cordis
ad impossibilia
fuerit
spiritus noster
et inconsiderata
praereptus,
infirmitate carnis
ad iustum retrahatur examen
et transcendens
uoluntatis nostrae tepidissimum statum
commodissima temperie
plano que tramite
cum sudoris industria
uiam perfectionis
incedat.

en als omgekeerd
onze geest zich
in de onmatige ijver
van een overdreven gemoed
tot onmogelijke
en onbezonnen dingen
heeft laten
verleiden
wordt hij door de zwakheid van het vlees
in het juiste evenwicht teruggebracht:
hij overwint
de lauwe staat van onze wil
en gaat
precies op de goede temperatuur
volkomen gelijkmatig
in harde arbeid
de weg van de volmaaktheid.

7. simile quid etiam
in illius turris extructione
legimus
a domino dispensatum
in libro Geneseos,
ubi linguarum oborta repente confusio
sacrilegos ausus hominum
nefandos que
conpescuit.

7. iets dergelijks
zien wij
in het boek van de Schepping
door de Heer beschikt
bij de bouw van die toren,
waar de plotseling ontstane verwarring der talen
een einde maakte
aan een heiligschennend
en misdadig stuk van mensen (Gen. 11,4-8).

permansisset enim
etiam ibi
aduersus deum,
immo aduersus eos
qui diuinam eius
adtemptare coeperant maiestatem
consensus noxius,
nisi eos
dispensatione dei
repugnans inter se diuersitas linguae
per dissonantiam uocis

Want ook daar
zou de verderfelijke eendracht
tegen God,
of meer nog tegen henzelf,
die een aanslag
op zijn goddelijke majesteit hadden ondernomen,
zijn blijven bestaan,
als niet
door Gods beschikking
het onderlinge taalverschil
en de ongelijkheid van hun spraak

in meliorem statum proficere
compulisset,
et
quos ad excidium sui
animauerat
perniciosa consensio,
ad salutem reuocasset
bona utilis que discordia,
incipientes scilicet
humanam fragilitatem
intercedente diuisione
sentire,
quam
per noxiam conpirationem elati
antea
nesciebant.

hen had gedwongen
tot een betere gesteltenis te komen,
als niet
een goede en nuttige onenigheid
hén tot het heil had teruggeroepen,
die door een gevaarlijke eendracht
bezielde waren geweest
tot hun ondergang;
want
door de verdeeldheid
begonnen zij
de menselijke zwakheid te voelen,
die
zij tevoren
in de hoogmoed van hun verderfelijke
samenspannen niet kenden.

XIII. DE UTILITATE CUNCTATIONIS QUAE EX
CONLUCTIONE ORITUR CARNIS ET SPIRITUS

In tantum uero
utilis nobis
ex huius pugnae diuersitate
cunctatio
nascitur
et salutaris
ex hac concertatione
dilatio,
ut
resistente soliditate corporea,
dum ab eorum effectu
quae nequiter
mente concepimus
retardamur,
nonnumquam
in meliorem statum
seu paenitudine subsequente
seu emendatione quadam,
quae solet
procrastinatione operis
et recogitatione interueniente
descendere,
corrigamur.

denique hos
quos intellegimus
ad uoluntatum suarum desideria perficienda
nullo carnis obstaculo
retardari,
daemones scilicet
ac spiritales nequitias,
et quidem
cum sint
de eminentiore angelorum ordine
deuoluti,
detestabiliores esse hominibus
contemplamur,
eo quod

13. HET NUT VAN DE VERTRAGING DIE DOOR DE
STRIJD TUSSEN VLEES EN GEEST ONTSTAAT

Uit deze wisselende strijd
komt
voor ons
een nuttige
vertraging,
een heilzaam
uitstel voort:
het feit
dat wij gehinderd worden
door de weerstand van ons stoffelijk lichaam
om datgene dat wij ons in boosheid
hebben voorgenomen
uit te voeren,
brengt ons
menigmaal
tot een betere gesteltenis,
doordat er namelijk berouw volgt,
of een zekere herziening,
die gewoonlijk
plaats heeft
wanneer men de zaak uitstelt
en opnieuw overweegt.

Zien wij maar eens naar hen
van wie wij weten
dat zij door geen belemmering van het vlees
worden gehinderd
om de verlangens van hun wil uit te voeren,
de duivels namelijk
en de boze geesten:

al zijn zij
uit de verhevener orde der engelen
neergestort,
zij zijn afschuwelijker dan de mensen.

Omdat zij

possibilitate
eorum desiderii
adiacente
id quod
nequiter
semel conceperint
inreucabili malo
perficere
non morentur,

quia
sicut est animus eorum
uelox
ad excogitandum,
sic ad perficiendum
pernix et absoluta
substantia,
dum que subpeditat eis
prona facilitas
ea quae uoluerint peragendi,
conceptum malum
nulla intercedens deliberatio salutaris
emendat.

XIV. DE INEMENDABILI MALITIA SPIRITALIUM NEQUITIARUM

Spiritualis namque substantia
nec ulla carnis soliditate
deuinata
ut excusationem
exortae in sese prauae
non recipit
uoluntatis,
ita
ueniam malignitatis
excludit,
quia
nulla
quemadmodum nos
ad peccandum
inpugnatione carnis
extrinsecus
laccessita est,
sed uitio
solius malae uoluntatis
accensa.

et ob hoc
sine uenia
peccatum
et languor
sine remedio est.

sicut enim
nulla terrena sollicitante materia
conruit,
ita

bij hun verlangens
ook de macht hebben
daaraan te voldoen,
brengen zij wat zij zich
eenmaal
in boosheid hebben voorgenomen,
zonder uitstel
ten uitvoer
en hun kwaad is onherroepelijk.

Want
zo snel
als hun geest is
in het beramen,
zo vlug en vrij
is hun wezen
in het volbrengen
en omdat zij met groot gemak
kunnen uitvoeren
wat zij hebben besloten,
is er geen plaats
voor een heilzaam beraad,
dat het kwade voornemen kan herzien.

14. DE ONVERBETERLIJKE BOOSHEID DER HELSE GEESTEN

De geestelijke zelfstandigheid immers,
niet vastgekleusterd
aan de logheid van het vlees,
zodat ze geen reden
van verontschuldiging heeft
voor de slechte verlangens
die in haar opkomen,
sluit daarom
in haar boosheid
de vergiffenis uit,
want
zij werd niet,
zoals wij,
van buiten
door de bekoring van het vlees
aangespoord
tot de zonde
maar
enkel en alleen
door de eigen perverse wil.

Daarom
is haar zonde
zonder vergiffenis
en haar kwaal
zonder geneesmiddel.

Want gelijk zij
zonder de aansporing van een aardse materie
kwam te vallen,
zo
is er voor haar ook

ne indulgentiam quidem
aut locum potest paenitudinis
obtinere.

quibus ex rebus
euidenter colligitur,
quod
non solum
noxia non sit haec
quae contra se inuicem suscitatur in nobis
carnis spiritus que contentio,
uerum etiam
multam nobis conferat utilitatem.

geen vergiffenis
of gelegenheid tot berouw.

Hieruit
volgt duidelijk
dat
de strijd
tussen vlees en geest
niet alleen
onschadelijk voor ons is,
maar zelfs
een bron van veel nut.

XV. QUID NOBIS PROSIT CARNIS ADUERSUS SPIRITUM CONCUPISCENTIA

1. Primo
quod desidias
ac neglegentias nostras
statim arguit
et
ut quidam diligentissimus paedagogus
a districtionis
et disciplinae linea
numquam nos deuiare
concedens,
si paululum quid
securitas nostra
mensuram congruae serietatis
excesserit,
flagellis incentiuorum
stimulat confestim
et increpat
atque ad competentem reuocat
parcitatem.

secundo
quod
pro castimoniae ac puritatis integritate,
cum dei gratia concedente
ita nos
longo tempore
genitali pollutione
uiderimus immunes,
ut
ne ipsa quidem simplici conmotione carnis
ulterius nos inquietandos esse
credamus
et per hoc,
uelut qui non gestemus
corruptelam carnis,
in secretis conscientiae nostrae
fuerimus
elati,
suo nos rursum
quamuis quieto ac simplici uisitans fluxu
humiliat

15. HET NUT DAT DE BEGEERLIJKHEID VAN HET VLEES TEGEN DE GEEST ONS OPLEVERT.

1. Daar is vooreerst dit nut in gelegen,
dat hij onze lamlendigheid
en traagheid
aanstonds aan de kaak stelt,
en
gelijk een heel ijverig opvoeder
ons nooit
laat afwijken
van de strikte norm der observantie
en der regeltucht.
Gebeurt het nu toch,
dat onze zorgeloosheid
een beetje tekort schiet
in de passende gestrengheid,
dan is er aanstonds de zweep der beking
om ons op te wekken
en te berispen
en tot de passende soberheid
terug te brengen.

Ten tweede
is er nog dit nut:
Met Gods genade
is onze kuisheid
lange tijd
zo rein en ongerept gebleven
dat wij ons geheel bevrijd zagen blijven
van een pollutio
en
nu menen
dat zelfs eenvoudige bewegingen van het vlees
ons niet meer zullen verontrusten,
en
alsof wij het bederf van het vlees
niet meer hadden mee te dragen
gaan wij ons nu
diep in ons hart
erover verheffen.
Maar ach, daar is ineens de begeerlijkheid weer
met haar nachtelijke onreinheid,
rustig weliswaar en natuurlijk,

ac retundit
nos que homines esse
stimulis suis
admonet.

2. quodammodo enim,
cum
in ceteris generibus uitiorum
et quidem grauioribus magis que noxiis
indifferentius
soleamus incurrere
nec tam facile in eorum
compungamur
admissu,
in hoc
peculiaris humiliatur
conscientia nostra
per que hanc inclusionem
neglectarum quoque passionum recordatione
mordetur,
euidenter intellegens
inmundam se factam
naturalibus incentiuis,
quae
cum esset inmundior spiritalibus uitii
ignorabat,

et recurrens protinus
ad emendationem anterioris ignauiae
commonetur pariter
nec super successibus praeteritae puritatis
debere confidere,
quam se perspicit
pusillum quid declinantem a domino
perdidisse,
nec posse huius purificationis donum
nisi per solius dei gratiam
possideri,

docentibus nos
quodammodo ipsius rei experimentis,
ut
si integritatem cordis
perpetuo consequi
delectamur,
humilitatis studeamus uirtutem
iugiter obtinere.

XVI. DE INCENTIUIS CARNIS, QUIBUS NISI
HUMILIAREMUR, GRAUIUS RUEREMUS
Huius igitur
puritatis relationem
perniciosiore futuram
cunctis sceleribus atque flagitiis
et ob hanc
nihil nos
emolumenti consecuturos

maar wij worden door haar prikkels gebreideld
en vernederd
en vermaand
dat wij mensen zijn,

2. Want
gewoonlijk begaan wij
onze andere fouten
met meer onverschilligheid,
al zijn ze ook zwaarder en voor ons schadelijker
en hebben wij er niet
zo makkelijk
berouw over,
maar deze ondeugd heeft dit eigen,
dat ze ons
bijzonder vernederd
en door zo'n illusie
ook ineens ons geweten wakker schudt
omtrent de verwaarloosde hartstochten.
De ziel begrijpt zonneklaar
dat de gloed der natuur
haar onrein gemaakt heeft,
ofschoon ze
zonder het te weten
door geestelijke ondeugden onreiner was.

Nu gaat ze aanstonds
haar vroegere achteloosheid herstellen
en het is tevens een waarschuwing voor haar,
niet te vertrouwen
op haar vroeger succes inzake kuisheid,
want zij heeft geleerd
dat een kortstondig afwijken van de Heer
haar verloren deed gaan
en dat zij deze gave der reinheid
slechts kan behouden
door de genade Gods.

Dit leert ons
de ondervinding:

willen wij het geluk smaken
van voortdurend ongerept
ons hart te bewaren,
dan moeten wij ons aanhoudend toeleggen
op de deugd van ootmoedigheid.

16. WIJ Zouden dieper vallen indien de prikkel van het vlees
ons niet vernederde
Dat de zelfverheffing over deze reinheid
derhalve
noodlottiger voor ons zou zijn
dan alle zonden en misdaden,
en dat hierom,
hoe smetteloos onze kuisheid ook moge zijn,
zij ons niet
zal baten,

pro qualibet castitatis integritate
testes sunt illae uirtutes
quarum superius fecimus mentionem,
quae
cum nullas huiusmodi titillationes carnis
habuisse credantur,
ob solam cordis elationem
perpetua ruina
de illa sublimi
caelesti que statione
deiectae sunt.

essemus itaque
penitus absque remedio
tepidi,
utpote non habentes
indicem neglegentiae nostrae
uel in corpore nostro
uel in conscientia propriis insidentem,
nec studeremus
ad perfectionis umquam peruenire
feruorem,
sed ne frugalitatis quidem
distractionem
uel continentiae
teneremus,
nisi nos
haec titillatio carnis
increscens
humiliaret
atque retunderet
et aduersus spiritualium quoque uitiorum
purgationem
sollicitos redderet
et intentos.

XVII. DE EUNUCHORUM TEPORE

Denique
in his qui spadones sunt corpore
idcirco
hunc animi temporem
plerumque inesse
deprehendimus,
quia
velut absoluti
ab hac necessitate carnali
nec labore continentiae corporalis
nec contritione cordis
se existimant
indigere,
et
hac securitate resoluti
numquam perfectionem cordis,
sed ne spiritualium quidem uitiorum purgationem
vel quaerere in veritate
vel possidere
festinant.

blijkt uit de boze geesten,
die wij zo juist hebben genoemd.

Zij kenden niet
de bekoringen van het vlees,
doch werden alleen
om de hoogmoed van hun hart
van de verheven plaats
die zij in de hemel innamen
neergestort in een eeuwige ondergang.

Wij zouden dus
lauw zijn
zonder enig geneesmiddel,
geen kenteken hebbend,
noch in ons lichaam
noch in ons geweten,
dat ons wees op onze nalatigheid,
en wij zouden heus geen moeite doen
om ooit tot de toppen der volmaaktheid
op te klimmen.
Ja, wij zouden ons niet eens houden
aan de strikte normen
van eenvoud
en matigheid
als
de prikkel van het vlees
niet in actie kwam
om ons flink
te vernederen
en ons bezorgd te maken
en oplettend
ten einde ons eveneens te zuiveren
van de ondeugden van de geest.

17. DE LAUWHEID DER EUNUCHEN

Wij zien
daarom
de lichamelijk ontmanden
meestal vol
lauwheid,
omdat
zij min of meer bevrijd zijn
van deze vleselijke drift
en daardoor menen
dat zij het wel zonder de moeite der versterving
en zonder de vermorzeling van het hart
kunnen stellen.

Door deze onbezorgdheid ontkracht,
trachten ze nooit
naar het bezit
van een volmaakt hart,
of zelf naar zuivering van de geestelijke
ondeugden

Qui status
a carnali qualitate discedens
efficitur animalis,
qui est procul dubio
deterior gradus,
ipse est enim
qui
de frigido ad tepidum transiens
detestabilior
domini voce signatur.

XVIII. INTERROGATIO, QUID INTERSIT INTER
CARNALEM ET ANIMALEM

Germanus:
De utilitate conluctationis
quae inter carnem ac spiritum suscitatur,
quantum uidetur nobis,
euidenter expressum est,
ita ut eam
ipsis quodammodo manibus nostris
palpabilem factam esse credamus.

et idcirco
hanc quoque rationem
nobis similiter cupimus aperiri,
quid intersit
inter carnalem
et animale uirum
uel
quemadmodum
animalis
carnali possit esse deterior.

XIX. RESPONSIO DE TRIPLICI ANIMARUM STATU

1. Danihel:
Secundum definitionem scripturae
tres sunt animarum status,
primus carnalis,
secundus animalis,
tertius spiritalis.

quos
in apostolo
ita legimus designari.

nam
de carnalibus dicitur:
*lac uobis potum dedi,
non escam:
necdum enim poteratis.
sed nec adhuc quidem potestis:
adhuc enim estis carnales,*

te streven.

Deze toestand
wijkt af van de vleselijke toestand
en wordt zinnelijk,
hetgeen voorzeker
een achteruitgang is,
want
het is een overgang
van de koude naar de lauwheid,
en deze is volgens 's Heren woord
afschuwelijk (Op. 3,15-16).

18. EEN VRAAG OMTRENT HET VERSCHIL TUSSEN VLESELIJK EN
ZINNELIJK

Toen vroeg Germanus:
het nut van de strijd
tussen vlees en geest
hebt u ons, naar wij menen,
goed duidelijk gemaakt,
zodat wij het
als het ware met de handen
kunnen tasten.

En daarom
zouden wij ook
gaarne uitleg krijgen
omtrent het verschil
tussen een vleselijk mens
en een zinnelijk mens
en
hoe het mogelijk is
dat deze laatst genoemde
slechter is dan de eerste.

19. ANTWOORD: DE DRIEVOUDIGE TOESTAND DER ZIELEN

1. Daniël:
Volgens de H. Schrift
kunnen de zielen zich in drie toestanden
bevinden:
de eerste is de vleselijke toestand,
de tweede de zinnelijke,
de derde de geestelijke.

Zo zien wij ze
bij de Apostel
opgenoemd.

Van de vleselijke mens zegt hij:
*Meik heb ik u te drinken gegeven,
geen vaste spijs,
want gij kondt er nog niet tegen.
En ook nu kunt ge het nog niet,
want nog zijt ge vleselijk (1Kor. 3,2).*

et iterum:

*ubi enim est inter uos zelus et contentio,
nonne carnales estis?*

de animali quoque
taliter commemoratur:

*animalis autem homo non percipit
ea quae sunt spiritus dei:
stultitia est enim illi.*

de spiritali uero:

*spiritalis autem
examinat omnia,
ipse autem a nemine
diiudicatur*

et iterum:

*uos qui spiritales estis
instruite eos qui eiusmodi sunt
in spiritu lenitatis.*

2. itaque

festinandum nobis est,
ut
cum renuntiantes
desierimus
esse carnales,
id est
a saecularium coeperimus conuersatione
seiungi
et ab illa manifesta carnis pollutione
cessare,
spiritalium statum
protinus adprehendere
tota uirtute
nitamur,

ne forte
blandientes nobis,
quod uidemur
secundum exteriorem hominem
huic renuntiasse mundo
uel carnalium fornicationum
deseruisse contagia,
tamquam qui
summam perfectionis
per hoc
adprehenderimus,
remissiores deinceps
erga emundationem ceterarum passionum
lentiores que
reddamur
et
inter utraque
detenti
gradum spiritalis profectus
adsequi nequeamus,
existimantes
ad perfectionem
nobis abunde sufficere,

En:

*Wanneer er onder u naijver is en twist,
zijt ge dan niet vleselijk? (1Kor. 3,3).*

Omtrent de zinnelijke mens

spreekt hij aldus:

*De zinnelijke mens aanvaardt niet
wat van Gods Geest komt,
want het is hem een dwaasheid (1Kor. 2,14).*

En aangaande de geestelijke mens zegt hij:

*De geestelijke mens daarentegen
beoordeelt alles,
zonder zelf door iemand
beoordeeld te worden (1Kor. 2,15).*

En verder:

*Gij die geestelijk zijt
moet uw broeder terechthelpen
in de geest van zachtmoedigheid (Gal. 6,1).*

Wij hebben nu

door ons verzaken
opgehouden
vleselijk te zijn,
dat wil zeggen:
wij hebben vaarwel gezegd
aan het leven volgens de wereld
en opgehouden
met de openlijke bezoedeling van het vlees,
maar
nu moeten wij zorgen,
spoedig
en met inspanning van al onze krachten
tot de geestelijke toestand
te geraken.

Anders is er gevaar

dat wij ons vleien
met dit
uiterlijk
verzaken aan de wereld
of met het vaarwel zeggen aan de onreinheid
der vleselijke ontucht
in de mening dat wij
daarmee
de top der volmaaktheid
hebben bereikt
en dat wij trager
en langzamer
worden
in het uit roeien der overige hartstochten.

Zo zouden wij vast komen te zitten
tussen de vleselijke en de geestelijke toestand
en deze laatste
niet kunnen bereiken,
omdat het volgens onze mening
meer dan voldoende is
voor onze volmaaktheid,

quod exteriore homine uideamur
de conuersatione mundi huius
ac uoluptatibus
segregati,
uel quod immunes simus
a corruptela et conmixtione carnali,
et
ita inuenti
in illo tepido statu,
qui deterrimus iudicatur,
euomendos nos ex ore domini
secundum eius sententiam
nouerimus
ita dicentis:
*utinam calidus esses aut frigidus.
nunc autem tepidus es,
et incipiam te euomere ex ore meo.*

2. nec inmerito
eos dominus,
quos iam
in uisceribus receperat caritatis,
noxie tepefactos
cum quadam conuulsione pectoris sui
euomendos esse
pronuntiat,
qui
cum salutarem quodammodo ei
potuissent praebere substantiam,
auelli ab eius uisceribus
maluerunt,
tanto deteriores effecti illis
qui numquam
ori dominico inlati sunt
cibus,
quanto id
quod nausea compellente
proicimus
odibilis detestamur.

quidquid enim
frigidum est,
etiam
ore nostro susceptum
uertitur in calorem
et salutifera suauitate
percipitur.

quod autem
semel
uitio perniciosi teporis
abiectionem est,
non dicam labiis admouere,
sed etiam eminus intueri
sine ingenti horrore
non possumus.

4. rectissime ergo
pronuntiat esse deterior,
quia facilius

dat wij ons naar de uiterlijke mens
van het leven dezer wereld
en haar wellusten
hebben afgezonderd,
en dat wij geen deel meer hebben
aan het bederf van de vleselijke omgang.

Maar als wij
in deze allerergste toestand van lauwheid
worden bevonden,
dan mogen we wel weten
dat de Heer ons uit zijn mond zal spuwen
gelijk Hij zelf zegt:

*Waart ge maar warm of koud,
maar nu ge lauw zijt
zal ik u uitspuwen uit mijn mond (Op. 5,15-16).*

De Heer had ze reeds
als het ware gelijk voedsel
opgenomen in de schoot van zijn liefde,
maar zij zijn tot een ongezonde lauwheid
vervallen
en nu zegt Hij
terecht,
dat zijn binnenste van ze walgt
om ze uit te spuwen.

Zij hadden om zo te zeggen
een heilzaam voedsel voor de Heer kunnen zijn,
maar ze wilden liever
uit zijn binnenste weggerukt worden
en zijn nu des te slechter dan diegenen,
die nooit
als spijs
in de goddelijke mond worden gebracht,
als wij een groter afschuw hebben
voor hetgeen wij,
door walg gedwongen,
hebben uitgeworpen.

Wat
koud is,
wordt
in onze mond
wel warm,
en wij nuttigen het
met profijt en smaak,

maar wat
eenmaal
vanwege zijn onuitstaanbare lauwheid
uitgeworpen is,
kunnen wij
zonder grote walg
zelfs niet van verre zien,
laat staan aan onze lippen brengen.

4. Zeer terecht wordt dus de lauwe

ad salutarem conuersionem
ac perfectionis fastigium
carnalis quis,
id est
aecularis uel gentilis
accedit,
quam is
qui professus monachum
nec tamen
uiam perfectionis adripiens
secundum regulam disciplinae
ab illo semel spiritualis feruoris igne
discessit.

ille namque
corporalibus saltim uitiiis
humiliatus
atque inmundum
se sentiens
contagione carnali
ad fontem uerae purificationis
ac perfectionis culmen
quandoque conpunctus
adcurrent
et
horrescens illum in quo est
infidelitatis
gelidissimum statum
spiritus
ardore succensus
ad perfectionem
facilius
conuolabit.

5. nam
qui semel ut diximus
tepidus exorsus
initio
monachi coepit abuti uocabulo,
nec tamen
humilitate ac feruore quo debuit
iter huius professionis
adripuit,
infectus semel
hac miserabili lue
et in ea quodammodo resolutus
nec ex sese
ulterius
perfecta sapere
nec alterius poterit
monitis
erudiri.

dicit enim
in corde suo
secundum illam domini sententiam:

*quia diues sum
et locuples
et nullius egeo.*

slechter genoemd dan elk ander.
Een vleselijke mens immers,
bijvoorbeeld
een wereldling of een heiden,
komt
gemakkelijker
tot een heilzame bekering, om vervolgens tot de
hoogste volmaaktheid op te klimmen,
dan iemand
die professie heeft gedaan van het
monnikenleven
maar toch niet
vastberaden die weg van volmaaktheid
en regeltucht is opgegaan
en het vuur van zijn eerste ijver
in zijn hart liet uitdoven.

De eerstgenoemde
ondergaat namelijk
de vernedering van zijn vleselijke ondeugden
en voelt zich daardoor
bezoedeld,
hetgeen tot gevolg heeft,
dat hij op zekere dag door berouw getroffen
zich heenspoedt
naar de bron van de waarachtige zuivering
en naar het toppunt van de volmaaktheid.

De weerzin die hij gevoelt
voor zijn ijskoude toestand
van ongelooft,
ontsteekt in hem
en heilige gloed
en geeft hem vleugelen
om met meer gemak
naar de heiligheid op te wieden.

5. Maar
hij die, zoals wij zeiden,
vanaf het begin
de naam van monnik
door zijn lauwheid onteert
en niet
met de nodige ootmoed en ijver
op de weg van zijn professie
voortsnel,
hij zal weldra
door deze rampzalige melaatsheid aangetast
en er als het ware door uitgeteerd worden
en dan mist hij
voortaan
elke smaak voor de volmaaktheid
en alle geschiktheid
om met de vermaningen van anderen
zijn voordeel te doen.

Dan zegt hij immers
in zijn hart,
volgens 's Heren woord:
Ik ben rijk,

6. cui
illud quoque quod subsequitur
consequenter aptabitur:
*tu autem es miser
et miserabilis
et pauper
et caecus
et nudus:*
in eo factus
etiam saeculari deterior,
quod
nec miserum se
nec caecum ac nudum
aut emendatione dignum
uel egere monitis alicuius
aut institutione
cognoscit
et ob hoc
ne exhortationem quidem ullam
uerbi salutaris
admittit,
non intellegens
ipso monachi se nomine
prae-gruari ac deprimi
opinione cunctorum,
qua
dum creditur ab omnibus sanctus
et uelut dei famulus colitur,
necesse est
ut in futuro
uehementiori iudicio poenae que
subdatur.

7. postremo
quid diutius
inmoramur in his
quae nobis experimento
satis conperta sunt ac probata?

frequenter uidimus
de frigidis atque carnalibus,
id est
de saecularibus ac paganis
ad spiritalem peruenisse feruorem,
de tepidis atque animalibus
omnino non uidimus.

quos etiam
per prophetam
ita legimus dominum detestari,
ut spiritalibus uiris atque doctoribus
praecipiat,
ut ab eis monendis docendis que
discedant
et nequaquam
uelut in sterili atque infructuosa terra
noxiiis que sentibus occupata
semen uerbi salutaris
expendant,

*ik heb overvloed
en heb behoefte aan niets* (Op. 3,17a).

6. Maar wat op deze woorden volgt,
zal eveneens
op hem worden toegepast:
*Daarom beseft ge ook niet dat ge ellendig zijt
en erbarmelijk,
arm,
blind
en naakt* (Op. 3,17b),
want
hij is slechter geworden dan de wereldling,
doordat
hij zelfs niet wil weten
dat hij ellendig is
en blind en naakt:
er valt bij hem niets te verbeteren
en hij heeft niemands onderrichtingen
of vermaningen van node
en daarom
wil hij ook van niemand
een goed woord aannemen
dat hem zou kunnen redden.
En hij begrijpt niet
dat zijn hoedanigheid en zijn reputatie van
monnik
hem met nieuwe verantwoording
belast,
want
terwijl allen hem voor heilig houden
en hoogachten als dienaar van God,
zo zal hem dit
in het toekomstig oordeel
noodzakelijk zwaarder
worden aangerekend.

7. Maar
waarom zouden wij langer
blijven stilstaan bij iets
wat de ondervinding ons
maar al te duidelijk heeft geleerd?

Dikwijls toch zagen we
koude, vleselijke mensen,
dat wil zeggen:
wereldlingen en heidenen,
in ijverige geestelijke mensen veranderd worden,
maar nooit zagen we dit geschieden
bij hen die lauw waren en zinnelijk.

En wij lezen ook dat de Heer hen
door de mond van de profeet
zozeer verafschuwt,
dat hij aan de geestelijke mensen en aan de
leraars
het bevel geeft
op te houden
met ze te vermanen en te onderrichten

sed
ut contemnent es eam
nouam potius excolant
terram,
id est
erga paganos ac saeculares
omnem doctrinae culturam
ac uerbi transferant salutaris instantiam,
quod ita legitur:
*haec dicit dominus uiro Iuda,
et habitatori Hierusalem:
nouate uobis nouale,
et nolite serere super spinas.*

XX. DE MALE ABRENUNTIANTIBUS

1. Denique,
quod pudet dicere,
ita plerosque abrenuntiasse
conspicimus,
ut nihil amplius inmutasse
de anterioribus uitis ac moribus
conprobentur
nisi ordinem tantummodo
atque habitum saecularem.

nam
et acquirere pecunias gestiunt
quas nec ante possederunt,

uel certe quas habuerant
retinere non desinunt

aut,
quod est lugubrius,
etiam amplificare desiderant
sub hoc praetextu,
quod
uel famulos suos
exinde semper
uel fratres
alere se debere
iustum esse
contendant,

uel
certe sub obtentu
congregandi coetus
reseruant,
quem uelut abbates instituere se posse
praesumunt.

2. qui
si in ueritate
uiam perfectionis inquirent,

en
het zaad en het woord des heils
niet meer te werpen
op die steriele, onvruchtbare aarde
vol distels en doornen,
maar
dat zij haar dienen te verachten
om hun zorgen veeleer te besteden
aan een nieuw land,
dat wil zeggen:
zij moeten de heidenen en wereldlingen
gaan onderrichten
en aan hen de ijver besteden van het woord des
heils, gelijk er geschreven staat:
*Dit zegt de Heer tot de mannen van Juda
en de bewoners van Jeruzalem:
ontgint u een nieuwe akker,
zaait niet langer tussen doornen (Jer. 4,3).*

20. OVER HEN DIE OP VERKEERDE WIJZE AAN DE WERELD VERZAKEN

1.
Ik schaam mij om het te zeggen,
maar wij zien het merendeel der monniken
zó aan de wereld verzaken,
dat er niets anders
in de ondeugden en gewoonten van hun vroeger leven
veranderd blijkt te zijn
dan alleen hun stand
en wereldlijke kleding.

Zij verlangen rijkdommen te verwerven
die zij vroeger nooit hebben bezeten,

of zij blijven tenminste behouden
wat ze hadden,

of zelfs
-en dit is nog droeviger-
ze willen het nog vermeederen,
onder voorwendsel
dat
het recht is,
gelijk zij zeggen,
om altijd
voor de kost te kunnen zorgen
hetzij van hun dienaars
hetzij van hun medebroeders;

ofwel
zij sparen het op
onder de dekmantel
van een communiteit te verzamelen,
waarvan ze zich vleien
haar als abt te kunnen besturen.

2.
Als zij waarlijk
de weg naar de volmaaktheid zochten,
dan zouden ze veeleer

hoc potius
tota uirtute
perficere niterentur,
ut
scilicet exuti
non solum pecuniis,
uerum etiam affectionibus pristinis
et distentionibus uniuersis
semet ipsos
singulares ac nudos
ita sub seniorum imperio conlocarent,
ut curam
non modo aliorum nullam,
sed ne sui quidem
gererent.

e contrario autem
euenit,
ut
dum fratribus praeesse
festinant
numquam senioribus
ipsi subiciantur
et
a superbia inchoantes,
dum alios instituere
cupiunt,
nec discere ipsi
nec agere ea
quae sunt docenda
mereantur:

qui necesse est
ut
secundum saluatoris sententiam
caeci duces caecorum effecti
pariter
in foueam cadant.

3. cuius superbiae
licet unum sit genus,
duplex tamen
eius est species:

una
quae serietatem grauitatem que
iugiter imitatur,

alia
quae effrenata libertate
in cachinnos fatuos risus que
dissoluitur.

et illa quidem
taciturnitate congaudet,
haec uero
dedignatur
silentio coartari
nec confunditur

al hun energie
er op zetten
om
zich niet alleen te ontdoen
van al hun rijkdommen,
maar ook van hun vroegere neigingen
en al wat hen vervulde,
om zich
alleen en los van alles
zo onder de leiding van ouderlingen te stellen,
dat zij zich
niet alleen niet
bezorgd maakten over anderen,
maar zelfs niet over zichzelf.

Maar juist het tegenovergestelde
zien wij gebeuren,
want
terwijl zij nooit zelf
aan ouderlingen onderworpen zijn geweest,
haasten zij zich
om gezag te krijgen over hun broeders.
Aldus
beginnen zij met de hoogmoed
en terwijl zij begerig zijn
om anderen te onderrichten,
slagen zij er niet in,
zelf te leren
en te beoefenen
wat voor God gedaan moet worden.

Zo kan het niet anders
of
deze blinde leiders van blinden
vallen volgens 's Heren woord
mèt dezen
in een kuil. (Mt 15,14)

3. Deze hoogmoed,
hoewel in beginsel één,
uit zich niettemin
op twee manieren.

De ene
veinst voortdurend
een streng en ernstig uiterlijk,

de andere daarentegen
is steeds uitgestort
in bandeloze vrijheid
vol van dwaas gegiechel en gelach.

De eerste
schept behagen in de stilte,
de tweede echter
vindt het juk van het stilzwijgen
beneden haar stand
en schaamt zich niet
om maar raak te praten,

passim proloqui
etiam res incongruas et ineptas,
dum erubescit
uel inferior ceteris
uel indoctior
iudicari.

alia
ob elationem
clericatus ambit officium,
altera despicit,
utpote iudicans illud
aut dignitati pristinae
aut uitae ac natalium suorum meritis
incongruum
uel indignum.

quarum quae
deterior pronuntianda sit,
uniuscuiusque discutiat
ac perpendat examen.

4. unum sane
atque idem
inoboedientiae genus est
uel propter operationis instantiam
uel propter otii desiderium
senioris uiolare mandatum,
tam que dispendiosum est
pro somno
quam pro uigilantia
monasterii statuta conuellere,
tantundem que est
abbatis transire praeceptum
ut legas,
quantum si contemnas ut dormias,
nec alius
superbiae fomes est
pro ieiunio fratrem
quam pro refectioe
neglegere,

nisi
quod perniciosiora
et a remediis longinquiora sunt
uitia
quae sub specie uirtutum
et imagine spiritalium rerum
uidentur emergere,
quam illa
quae ex aperto
pro carnali uoluptate
gignuntur.

haec enim
uelut palam expositi
ac manifesti languores
et arguuntur comminus
et sanantur,

ook over dingen die niet passen en onzinnig zijn,
want zij is vooral bang
anders voor minder
of dommer dan de anderen
te worden gehouden.

De éne manier van hoogmoed
ambieert uit zelfverheffing
de geestelijke staat,
de andere echter toont er verachting voor
als voor iets dat onpassend
en onwaardig is
voor haar vroegere rang in de wereld
en niets is in verhouding
met haar deftige afkomst en haar verdiensten.

Welke van deze beide soorten van hovaardigheid
de ergste moet heten
moge ieder zelf
maar beslissen.

4. Het is tenslotte
één en dezelfde
soort van ongehoorzaamheid,
of men nu het gebod van zijn ouderling
overtreedt
door ijverig te werken
of door verlangen naar rust,
en het is even verkeerd,
aan de regels van het klooster te kort te komen
door te slapen
of door te waken.
Het is hetzelfde,
tegen het voorschrift van de abt in
te lezen
of te slapen,
en het spruit voort
uit hetzelfde beginsel van hovaardigheid,
of wij een medebroeder verachten
om zijn eten
of om zijn vasten.

Alleen is er dit verschil,
dat de ondeugden
die de schijn van deugd
aannemen
en van geestelijk leven,
gevaarlijker zijn
en moeilijker te genazen
dan die
welke open en bloot
de vleselijke wellust
ten doel hebben.

Gelijk kwalen
die iedereen kan zien,
zo worden ook deze fouten
aanstonds opgemerkt, berispt
en genezen,

illa uero,
dum sub praetextu uirtutum teguntur,
incurata perdurant
et deceptos quosque
periculosius faciunt
ac desperatius aegrotare.

maar de fouten
die zich verbergen achter het masker van de
deugd blijven zonder verzorging,
en dat maakt die ziekten
voor haar slachtoffers gevaarlijker
en vermindert de kans op genezing.

XXI. DE HIS QUI CONTEMPTIS MAGNIS OCCUPANTUR IN
PARUIS

1. Nam
illud ridiculum
qualiter exprimitur,
quod
nonnullos
post illum primae renuntiationis ardorem,
quo
uel res familiares
uel opes plurimas
ac
militiam saeculi relinquentes
semet ipsos ad monasteria contulerunt,
tanto cernimus studio
in his,
quae penitus abscidi non possunt
et quae nequeunt in hoc ordine non haberi,
quamuis parua uilia quae sint,
esse deuinctos,
ut horum cura
pristinorum omnium facultatum
superet passionem.

quibus profecto
non magne proderit
maiores opes ac substantias
contempsisse,
quia affectus earum,
ob quos illae contemnendae sunt,
in res paruas atque exiguas
transtulerunt.

2. nam
uitium cupiditatis et auaritiae,
quod erga species pretiosas
exercere non possunt,
circa uiliores materias
retinentes
non abscidisse,
sed conmutasse
se probant
pristinam passionem.

nam
nimia deuincti diligentia
erga curam
psiathii,
sportellae,
sagelli,

21. OVER HEN DIE GROTE BEZITTINGEN HEBBEN VERACHT EN NU
AAN KLEINIGHEDEN GAAN HECHTEN

1. Hoe moet men verder
het volgende
belachelijke feit
beschrijven?
Sommigen
deden
in hun eerste ijver afstand
van hun erfdeel
en dikwijls van aanzienlijke bezittingen,
om
de krijgsmacht der wereld de rug toe te keren
en zich in de eenzaamheid te begeven,
en nu zien we ze
zó gaan hechten
aan
noodzakelijke gebruiksvoorwerpen,
gering in waarde weliswaar,
maar toch ook in 't klooster onmisbaar,
dat hun bezorgdheid hierover
al de vroegere hartstocht voor hun rijkdommen
overtreft.

Het zal ze voorwaar
niet veel baten
dat zij grotere goederen en bezittingen
hebben veracht,
want zij hebben de genegenheid ervoor,
die het verzaken eraan nodig maakte,
overgebracht
op kleine en geringe zaken.

2. Want
als zij hun begeerlijkheid en hun gierigheid,
die zij niet op kostbare dingen
in werking kunnen laten treden,
nu toch behouden
tegenover nietigheden,
dan is dat een bewijs,
dat ze hun vroegere hartstocht
niet hebben afgelegd,
maar slechts van object doen veranderen.

Ja,
door de al te grote gehechtheid,
waarmee ze bezorgd zijn
over een mat,
een mandje,
een zak,
een boek

codicis
aliarum que similiarum rerum
quamuis uilissimarum
eadem tamen qua antea libidine
detinentur.

quae
etiam tanta aemulatione
custodiunt atque defendunt,
ut pro ipsis aduersus fratrem
conmoueri eos
et quod est turpius
etiam litigare
non pudeat.

3. in quibus
adhuc
aegritudine cupiditatis pristinae
laborantes
haec eadem,
quae usus corporis possidere
monachum
uel necessitas cogit,
secundum numerum mensuram que communem
non sunt habere contenti,
in hoc quoque
sui cordis auaritiam designantes,
cum
uel ea quibus uti necesse est
propensius student habere
quam ceteri,
uel excedentes diligentiae modum
peculiariter ea adtentius que
custodiunt
et ab aliorum contrectatione
defendunt,
quae uniuersis fratribus
debent esse
communia.

quasi uero
differentia tantummodo metallorum
et non ipsa passio cupiditatis
habeatur in noxa,
et
pro rebus quidem magnis
irasci
non liceat,
pro uilioribus uero
hoc ipsum fecisse
sine culpa sit,
et
non idcirco
pretiosiores abiecerimus materias,
ut facilius disceremus
uilia
contemnere.

quid enim
differt

en dergelijke dingen,
hoe gering ook,
tonen zij nog steeds
met hun oude passie te zijn behept.

En zij bewaken en verdedigen
die voorwerpen
met zo'n naijver,
dat zij zich niet schamen,
daarover jegens hun broeders
zich op te winden,
en wat een nog grotere schande is:
zelfs met ze te twisten.

3.
Nog steeds
ten prooi aan de kwaal
van hun vroegere hebzucht
zijn ze niet tevreden
om de dingen
die de monnik nu eenmaal
door de behoeften van het leven hebben moet,
volgens de algemeen geldende maat en wijze
te bezitten,
maar zij tonen ook hierin
de gierigheid van hun hart,
dat ze
de noodzakelijke gebruiksvoorwerpen
overvloediger willen hebben
dan de anderen,
of dat zij met een geest van eigendom en met een ijver
die de grenzen van de redelijke zorg overschrijdt
die voorwerpen bewaken
en niet willen
dat iemand datgene durft aan te raken
wat toch eigenlijk
tot algemeen gebruik van de broeders
is bestemd.

Is het soms
alleen maar het sóort goud
dat de schuld veroorzaakt
en niet veeleer de hartstocht van de gouddorst zelf?

Als het niet geoorloofd is
om driftig te worden
om zaken van gewicht,
zal men dan de onschuld bewaren
wanneer men opstuift
voor dingen van geen belang?
En
hebben wij niet juist daarom
kostbare goederen verlaten
om daardoor te leren
dingen zonder waarde
zoveel te gemakkelijker te verachten?

Want
wat maakt het voor verschil
of men

utrum quis
perturbationem cupiditatis
erga opes amplas atque magnificas
an erga uiliores exerceat species,
nisi quod
in eo
reprehensibilior iudicandus est,
quod
qui maxima spreuerit
minimis obligetur?

ideo que
perfectionem cordis
abrenuntiatio ista
non obtinet,
quia
cum censum habeat pauperis,
non abiecit
diuitis uoluntatem.

zich opwindt uit begeerte
naar grote en prachtige goederen
of naar geringe?
Ja, dit verschil is er,
dat hij
die het grote wist te verachten
en nu aan bagatellen gaat hechten
daarom
zoveel te laakbaarder is.

Een dergelijke afstand doen
zal iemand dus
nooit
tot de echte innerlijke volmaaktheid brengen,
want
ondanks uiterlijke armoede
blijft hij rijk
door wil en verlangen.